

In einem apologetischen Kommentar zur Exkommunikationsbulle Nr. 6282 schildert ein unbekannter Schreiber die Bemühungen der Brixner Domherren um eine gütliche Einigung zwischen NvK und H \ddot{z} . Sigismund unmittelbar vor dem Angriff auf NvK. Der Kardinal habe den Einsatz der Domherren öffentlich gelobt und sei trotz der ihm bekannten Gefahrenlage in Bruneck geblieben.¹⁾

Or.: Bozen, StA, Cod. 3 (*Acta Concordiae*) p. 142.

Der Text steht am linken und unteren Rand einer Kopie von Nr. 6282 und ist durch ein Zeichen mit dem Namen des Brixner Domberrn Wolfgang Neidlinger verknüpft.

Iste canonicus²⁾ ponitur hic inter diffidatores contra d. cardinalem et quod debeat denunciari excommunicatus. Et clarum est ipsum non diffidasse d. cardinalem nec auxilium, consilium etc. dedisse; nec causa, quare denunciari debeat, ponitur; nec umquam ad videndum se excommunicari citatus vel defensus reperitur. Forte innuere vult eum male egisse, sed nescit probare. Et idem canonicus, quia vir prudens, nobilis et notus principi et nobilibus patrie atque bene visus fuit, capitulum eum et quendam alium seniorem capituli nomine Christianum de Freyberg³⁾, eciam nobilis, ex eo, quod ambo consanguineos apud principem et in sua curia habuerunt, et alias duos, videlicet summum prepositum⁴⁾ et magistrum Michaelm⁵⁾ canonicos, quia secreciores domini cardinalis fuerunt, ad tractandum concordiam miserunt. Qui omnem possibilem, fidelem et sinceram adhibuerunt diligenciam, et quando ante obsidio-

10 nem concordiam d. cardinalis acceptare noluit, dictus Wolfgangus Neydlinger d. cardinali publice in vigilia Pasce (12. April 1460) in presencia plurimorum honestorum spiritualium et temporalium ultra quindecim personarum dixit eum: „Ex quo concordia inter p. v. et ducem non est captata, timeo, quod nedum p. vestre, sed et ecclesie et nobis omnibus multa mala et destructio evenirent.“ Ad que dictus d. cardinalis respondit: „Ego sum testis vester, quod fecistis bonam et possibilem diligenciam.“ Et sic voluit

15 redire ad Brixinam. Sed requisitus et rogatus ab utriusque sexus hominibus coram d. cardinali flentibus, ut acceptaret concordiam, permansit. Et non dubitat capitulum ipsum sinceriter egisse.

Nec potest quisquam dicere d. cardinalem ignorasse ducem gentes armorum tunc habuisse eciam ultra solitum, quia misit unum de secrecioribus familiaribus suis ad Innsprugam ad inquirendum, quid sibi vellet illa congregacio armatorum.⁶⁾ Item, antequam cardinalis de castro Puchenstain ad Brunegkam

20 veniret, premisit capitulum ad eum, ut si ad Brunegkam venire et cum duce de concordia tractare vellet, quod prius curam animorum et alia concederet et faceret, per que ira principis posset mitigari. Similiter, quod annueret, quod rev^{mus} dominus cardinalis, qui tunc in legacione et in Brixina fuit⁷⁾, inter suam paternitatem et ducem concordiam tractaret, ipse cardinalis indignanter respondit, quod permitterit eum facere officium suum, quia imitaretur consilio apostolico etc. De hoc est littera de manu sua.⁸⁾ Nec potest

25 contra capitulum vel canonicos quam infidelitatis actum fuisse pretendere.

¹⁾ Zu den hier geschilderten Vorgängen vgl. Nr. 6393 Z. 79-88.

²⁾ Wolfgang Neidlinger, Brixner Domberr. Auf ihn bezieht sich der Kommentar.

³⁾ Christian von Freyberg, Brixner Domkustos.

⁴⁾ Jakob Lotter, Brixner Dompropst.

⁵⁾ Michael von Natz, Propst des Marienstifts im Kreuzgang zu Brixen.

⁶⁾ Nämlich Peter von Erkelenz. Vgl. zu dieser Mission nach Innsbruck eine an H \ddot{z} . Sigismund gerichtete Streitschrift des NvK (nach 1461 April 2); BERNKASTEL-KUES, StiB, Cod. Cus. 221 p. 99-108, hier 101: Post iteratas tales promissiones et sollicitationes misit cardinalis suum camerarium Petrum Ercklentz ad episcopum Tridentinum, qui tecum erat in Innsprugk, ut experiretur veritatem scripture et dictorum ipsius Nydlinger.

⁷⁾ Kard. Bessarion, der Anfang Februar 1460 auf seiner Legationsreise durch Brixen reiste; s.o. Nr. 6109 Anm. 4, 6119 Anm. 2.

⁸⁾ S.o. Nr. 6119.